Linea Imperatorum

Julianus

IUlianꝰ galli ceſaris germanꝰ. cū ſolus in impio romano conſtantiꝰ auguſtus fuit mox iulianū patruelē ſuū. quippe qui ex cōſtantio patris cōſtantini fratre natꝰ erat ceſarē creatū In gallias ſeditione quorūdā tyrānoꝝ tumultuātes miſit: tradita in mrīmoniū ſorore: a quo modicis copijs apud argentinā tum gallie vrbē ingentes alamanoꝝ copie extincte ſunt. rex nobiliſſimꝰ captus: gallie reſtitute. Submotiqꝫ vltra rhenum germani. neqꝫ multo poſt cuꝫ germani etiā exercitꝰ galliarū pſidio tollerent̄ ꝯſenſu militū factꝰ eſt auguſtus quo audito ꝯſtantiꝰ apoplexia obijt. hoc aūt morbo dixere medici hoīem interijſſe ob dolorē aī ꝛ grauē cogitationē in quā rebellāte iuliano inciderat. vir aūt erat iulianꝰ egregiꝰ ꝛ rē publicā inſigniter moderaturꝰ ſi p fata licuiſſet. Liberalibꝰ diſciplinis apprime eruditꝰ: grecis doctior. facūdia ingenti ꝛ ꝓmpta mēorie tenaciſſime. ī amicos liberalis. ꝓuincialibꝰ iuſtiſſimꝰ. glorie cupidus Uerū hec oīa ad extremū euertit duꝫ xp̄ianos pſequit̄. Callidior tñ ceteris pſecutor nouis neqꝫ tormētis primo ſ; pmijs honoribꝰ blādicijs pſuaſionibus maiorē fere ppl̄i partē q̄ſi atrocior fuiſſet elicuit. Uetuit aūt ne xp̄iani auctorū gentiliū ſtudia adirent: neue ſchole niſi his qui deos deaſqꝫ venerarent̄ paterent. Sunt q̄ ſcribūt hūc antea clericū fuiſſe poſtea a fide nr̄a defeciſſe: vnde hoīem apoſtatā vocant. hinc rerū publicarū potitꝰ ingenti apparatu parthis intulit bellū. aſſyriaqꝫ populatꝰ. remeāſqꝫ victor duꝫ ſe incōſultꝰ plijs inſeruit hoſtili manu interfectꝰ eſt. 6. kal̄. iulij impij āno ſeptio etatiſ altero ꝛ trigeſimo

Jouinianus

IOuinianꝰ genitꝰ patre varraniano incola agri ſingidonēſis ꝓuincie pānonie. hic fuit inſignis corpe: letus ingenio lr̄arū ſtudioſus ad obtinendum imperiū. cōſenſu exercitu lectꝰ eſt cōmēdatione patris militibus q̄ ſua notior Impator aūt ab exercitu electꝰ non prius ꝓfiteri impatoris nomē voluit: q̄ oēs cōclamarūt ſe xp̄ianos eē. quibꝰ collaudatis ꝛ imperiū ſuſcepit ꝛ exercitū e manibꝰ barbaroꝝ liberauit: poſtea turbatis rebꝰ exercitu quoqꝫ inopia laborante: vno a perſis atqꝫ altero plio victꝰ: pacē cū Sapore neceſſariā quidē ſed ignobilē fecit mutatiſ finibꝰ: ac nōnulla impij romani pte tradita. qd̄ ante eū annis. ccc. ꝛ viginti duobꝰ fere exquo romanū imperiū conditū erat nunq̄ accidit. Tandē illiricū petens in gallicie finibꝰ repētina morte obijt. vir alias neqꝫ iners neqꝫ imprudens. Multi exanimatū opinant̄ nimia edulitate. alij odore cubiculi qd̄ ex recenti tectorio calcis graue quieſcentibꝰ erat. quidam nimietate prunarū quas graui frigore adoleri multas iuſſerat. Deceſſit imperij menſe ſeptimo quartadecima kal̄. marcias. etatis vt qui plurimū vel minimū tradunt tercio ꝛ trigeſimo anno: qui ꝓpria natura admodū liberalis fuit.

Valentinianus

UAlētinianus e pānonia cibalienſi editus cū eſſet tribunꝰ ſcutarioꝝ apud nicēā auguſtꝰ appellatꝰ: anno ab vrbe condita milleſimo cēteſimo nono decimo. frēm valentē cōſtantinopoli in cōmunionē regni aſſumpſit. q̄ cū ſub iuliano auguſto xp̄ianitatiſ integrā fideꝫ gereret. iuſſus ab impatore ſacrilego aut imolare idolis: aut milicia excedere ſponte diſceſſit: nec mora iuliano interfecto. iouinianoqꝫ mortuo valētinianꝰ qui ꝓ noīe xp̄i amiſerat tribunatū in locū pſecutoris ſui accepit imperiū. poſtea vo imperij ſui anno tercio: gratianū filiū nec duꝫ bene puberē hortatu ſocrus ꝛ vxoris auguſtū creauit. Procopiū virū audacē apud ꝯſtātinopolim tyrānidē inuadēs res nouas moliētē mira celeritate opprimit. Ualēs interea ab eudoxio arriane hereſeos epō baptizatꝰ: in ſeuiſſimā hereſim dilapſus noſtros pſequit̄ ꝛ in exiliū pellit: mortuo pſertim anaſtaſio: quo viuēte res xp̄iana ſex ꝛ. xl. annis mirifice ſuſtentata eſt ſed fratris auctoritate cōpreſſus eſt. Ualentinianꝰ quoqꝫ ſaxones gēteꝫ in littoribꝰ ꝛ paludibꝰ in vijs ſitam romanis finibꝰ eruptionē meditātē ī francoꝝ finibꝰ oppreſſit. Deniqꝫ anno imperij ſui vndecimo cū ſarmate ſeſe p pannonias diffudiſſent dum apud brigionē oppidū ſquadoꝝ legationi reſpōderet anno eiꝰ qnto ꝛ quīquageſimo ſubita effuſione ſanguinis que grece apoplexis vocat̄ voce amiſſa ſenſu integer exſpirauit. Fuit aūt impator egregius vultu decens: ſolerti ingenio: aīo grauis: ſermone cultiſſimꝰ: infeſtus vicijs maxie auaricie: ad loquēdū parcus: ſeuerus: vehemēs ꝛc.

Walens

UAlēs imperiū orietis q̄tuor annis valētiniano mortuo tenuit graciano valētiniani filio ī occidētali parte regnāte. q̄ ſibi valētinianū frēm paruulū admodū ſociū creauit imperij. Ualens aūt a lucio cōſtātinopolitano rebaptizatꝰ hoſtilē in modū nr̄os pſequēs. Neqꝫ illis quidē parcēs q̄ in heremo erāt: lege data vt monachi militarēt. nolētes p tribunos ꝛ milites fuſtibꝰ iuſſit interfici. quoꝝ inumera multitudo p vaſtas tūc egypti ſolitudines diffuſa ꝯſtat. pcipueqꝫ apud nitriā martyrij ꝯſecuta palmā. tum gothi ſedibꝰ eius pulſi p oēs ſe tracias effudūt. quibꝰ dum valēs ire cū exercitu parat: ſed ſero ab exilio epōs ꝛ monachos reuocari pcepit. Ipſe cū ſagitta ſauciꝰ: verſuſqꝫ in fugā ob dolorē nimiū ſepe equo laberet̄ atqꝫ ī viliſſimā caſulā deportatꝰ eſſet: ſuꝑuenietibus gothis igneqꝫ ſuppoſito cōcrematus eſt quarto imperij ſui anno. hec eruptio gothoꝝ clades romani imperij ac totius italie fuit.